

Vide paris sumptionis  
Quam sit dispar exitus.  
Fracto demum Sacra-  
mento,

Ne vacilles, sed memento  
Tantum esse sub fragmanto  
Quantum toto tegitur.

Nulla rei fit sciassura;  
Signi tantum fit fractura,  
Qua nec status nec statura  
Signati minuitur.

Eccœ Panis Angelorum  
Factus cibus viatorum,  
Vere panis filiorum,  
Non mittendus canibua.

In figuris præsignatur,

Cum Isaac immolatur : -  
Agnus Pasches deputatur,  
Datur manna patribus.

Bone Pastor, panis vere,  
Jesu, nostri misericere,  
Tu nos pasce, nos tuere,  
Tu nos bona fac videre  
In terra viventium.

Tu, qui cuncta scis et  
vales,

Qui nos pascis hic mortales,  
Tuos ibi commensales,  
Coheredes et sodales  
Fac sanctorum civium.  
Amen. Alleluia.

### CANTIQUE D'ACTION DE GRACES

**T**e Deum laudamus, te  
Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem om-  
nis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi  
Cœli, et universæ Potes-  
tates,

Tibi Cherubim et Sera-  
phim incessabili voce pro-  
clamant :

Sanctus, Sanctus, Sanc-  
tus, Dominus Deus sa-  
baoth.

Pleni sunt cœli et terra  
majestatis glorie tue.

Te gloriosus Apostolo-  
rum chorus,

Te prophetarum lauda-  
bilis numerus,

Te martyrum candidatus  
laudat exercitus.

Te per orbem terrarum  
sancta confitetur Ecclesia,  
Patrem immensæ majes-  
tatis,

Venerandum tuum ve-  
rum et unicum Filium;

Sanctum quoque Para-  
clitum Spiritum.

Tu Rex gloriae, Christe.

Tu Patriæ sempiternus es

Filius.

Tu ad liberandum sus-  
cepturus hominem, non  
horruisti virginis uterum.

Tu, devicto mortis acu-  
leo, aperuisti credentibus  
regna celorum.